INDEX
PRÆLECTIONUM
IN UNIVERSITATE LITERARUM
REGIA VARSAVIENSI

INDE A 1ma. OCTOBRIS MDCCCXX USQUE AD 31am. JULII MDCCCXXI.

HABENDARUM.



VARSAVIÆ
EX OFFICINA N. GLÜCKSBERGII.


Biblioteka Jagiellońska
1002036272

ORDO THEOLOGORUM.

1. *Aloysius Ludovicus Chiarini*, Theol. Dr. Prof. P. Ord. hora 11 — 12. diebus Lunæ, Jovis et Saturni *Historiam Ecclesiasticam* duce Xav. Gmeinerio explicabit, diebus Martis et Veneris *linguam Hebraicam*, die Mercurii et Saturni hora 9 — 10 linguam græcam docebit.

2. *Paulus Szymański*, Theol. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Dec. hora 8 — 9 die Lunæ *Antiquitates Biblicas*, diebus Martis et Mercurii *Jntroductionem in Sacros Libros Veteris et Novi Foederis*, die Jovis *Hermeneuticam generalem* ordine a se concinnato tractabit; diebus autem Veneris et Saturni *Evangelium Joannis* interpretabitur.

3. *Felix Benedictus Ustrzycki*, Theol. Mgr. Prof. P. extraord. hora 2 — 3 singulis per Septimanam diebus *Ethicam Christianam* duce Reybergerio profitebitur.

4. *Adalbertus Anselmus Szweykowski*, Theol. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Rector, exponet *Theologiam pastoralem* duce Giftschütz diebus Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris hora 9 — 10.

ORDO JURE CONSULTORUM.

1. *Joannes Vincentius Bandtkie*, J. U. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Dec. scientiarum et Artium Univers. et Academiae Vilnensis socius, honoris gratia cooptatus, tradet *Jus polonicum* et *historiam ejusdem juris* diebus Martis et Veneris hora 3 — 4. et diebus Mercurii et Jovis hora 3 — 5.

2. *Xaverius Szaniawski*, J. U. Dr. Prof. P. Ord. exponet *Codicem juris commercialis* diebus Martis et Jovis h. 11 — 12 atque *jus canonicum* diebus Mercurii et Veneris hora 10 — 12.

3. *Alexander Engelke* J. U. Dr. Prof. P. Ord. docebit *Processum civilem* et enarrabit simul *Jnstituta judiciaria*, quæ inserviunt constituendis, conservandis et persequendis juribus privatorum, diebus Jovis, Veneris et Saturni hora 8 — 10.

4. *Clemens Urmowski*, Prof: P. extraord: explicabit *Encyclopædiam juris* et *jus naturale* diebus Mercurii, Jovis et Saturni hora 8 — 9.

5. *Venceslaus Alexander Macieiowski* J. U. Dr. Prof. P. extraord. tradet *Historiam* et *Institutiones juris Romani*, methodo historico-dogmatica, diebus Martis, Mercurii, Jovis, Veneris et Saturni hora 9 — 10.

6. *Fredericus Comes Skarbek*, Phil: Dr. Prof. P. Ord. profitebitur *Theoriam Oeconomiae politicae* (czystą teoryą gospodarstwa narodowego) diebus Martis, Jovis et Saturni hora 12 — 1 et *rem aerariam* diebus Lunæ, Mercurii et Veneris hora eadem.

7. *Josephus Minasowicz* J. U. Mgr. Prof. P. extraord. exponet *historiam juris*, diebus Martis, Mercurii, Veneris et Saturni hora. 7 — 8 tempore æstivo tradet *hermeneuticam* die Jovis, hora eadem.

ORDO MEDICORUM

1. *Josephus Celiński*, Phil. Dr. Prof P. Ord. *Pharmaciam* diebus Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis, et Veneris secundum Compendium a se editum sub titulo: *Farmacya, czyli nauka przygotowania lekarstw*, hora 7 — 8. docebit; *Chemiamque politicen et forensem* eadem hora, die Saturni, secundum proprias theses explicabit.

2. *Joannes Mile*, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Physiologiam* diebus Lunæ, Jovis et Veneris hora 10 — 11. tradet. *Artem Obstetriciam inferiorem*, diebus Lunæ, Martis, Jovis et Veneris hora 3 — 4 docebit.

3. *Vincentius Szczucki*, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Pathologiae generalis doctrinam* secundum Kieseri systema, diebus Lunæ, Mercurii et Veneris, nec non *materiae Medicae praecepta* ad normam operis *J. G. Freyer* diebus Martis, Jovis et Saturni hora 3 — 4. pomeridiana explicabit; *Pharmacocatagraphologiae vero Institutiones* semestri æstivo die Jovis eadem hora profitebitur.

4. *Joan. Godofredus Freyer*, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Therapiae specialis partem alteram morbos chronicos complectentem* senis per hebdomaden diebus hora matutina 7 — 8. e propriis schedis docebit. Dein *Clinicen therapeuticam* quotidie hora 8 — 9. instituet. Aestivi denique semestris spatio *methodum* atque *encheiresin* subitanea morte obituris et pseudothanaticis succurrendi binis per septimanam diebus explicabit, de quibus sibi cum Auditoribus convenerit.

5. *Franciscus Dybek*, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Dec. diebus Lunæ, Martis, Jovis et Veneris hora 11 — 12. *Chirurgiam subliniiorem*; die-

bus vero Mercurii et Saturni iisdem horis *Chirurgiam inferiorem* proprias theses secuturus docebit; hora matutina 9 — 10 quotidie *Clinicen Chirurgicam* moderabitur.

6. *Guilh. Eduardus Wahlbourg*, Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Artem Obstetriciam sublimiorem* secundum proprias institutiones diebus Lunæ, Martis, Jovis et Veneris hora 3 — 4. docebit; de *modo explorandi* partus, diebus Lunæ et Veneris hora 10 — 11 nec non varias methodos *partum difficiliorem* adjuvandi, exercitationibus in phantomate, cadaveribus dataque forsitan occasione etiam in parturientibus ipsis demonstrabit. Aestivi semestris spatio vero, horis in septimana quaternis, *morbos mulierum et recens natorum*, simulque *historiam et literaturam Artis Obstetr.* instituet. Hora prælectionum apta auditoribus, suo tempore indicabitur.

7. *Aemilianus Clemens Nowicki*, Med. et Chir. Dr. Prof. P. extraord. *Institutiones, quae morbos oculi spectant* professurus secundum propias theses, diebus Lunæ, Martis, Mercurii et Jovis hora 2 — 3. *Historiam rei medicae C. Sprengelio duce*, diebus Veneris et Saturni eadem hora docebit. Spatio vero cursus æstivi tradet *praecepta de morbis ossium et venenis s. Toxicologiam* iisdem diebus et horis.

8. *Mauritius Woyde*, Med. et Chir. Dr. Prof. P. extraord. diebus Lunæ, Martis, Jovis et Veneris hora 3 — 4 pomeridiana tractabit *Medicinam forensem* secundum Henkii Compendium, *Lehrbuch der gerichtlichen Medicin Berlin* 1812 eaque absoluta iisdem horis ac diebus *Politicen medicam*, *duce Berntio systematisches Handbuch des öffentlichen Gesundheitspflege Wien* 1818, docebit, de *morbis vero Epizooticis* eadem hora die Mercurii et Saturni secundum compendium, cui titulus *Handbuch der Veterinaer Kunde v. J. Em. Weith Wien* 1818 proponet.

ORDO PHILOSOPHORUM.

1. *Michael Szubert*, Phil: Dr: Prof: P. Ord. h. t. Dec. diebus Lunæ et Veneris hora 11 — 1. *Botanices* tradet.

2. *Antonius Dąbrowski*, Phil: Dr. Prof. P. Ord. *Calculum* differentialem integralem, variationum, differentiarum et summatorium senis per hebdomaden diebus hora 8 — 9. explicabit.

3. *Carolus Josephus Skrodzki*, Prof. P. Ord. *Physicam generalem experimentis illustratam*, diebus Lunæ, Mercurii Veneris hora 2 — 4. exponet.

4. *Adamus Kitaiewski*, Prof: P. Ord: *Chemiam puram experimentis illustratam* diebus Martis, Jovis et Saturni hora 8 — 10. tradet.

5. *Franciscus Armiński*, Prof: P. Ord: *Astronomiam et Algebram sublimiorem* diebus Martis, Mercurii et Jovis hora 10 — 12 docebit.

6 *Adamus Jgnatius Zabellewicz*, Phil: Dr: Prof: P. Ord: *Encyclopaediam et historiam Philosophiae* diebus Lunæ et Saturni hora 10 — 11. *Anthropologiam* die Mercurii, *Paedagogicam* die Jovis, eadem hora explicabit. *Aestheticam et Ethico Theologiam* diebus Martis et Veneris hora 10 — 11 et 4 — 5 docebit.

7. *Raphaël Skolimowski*, Phil: Dr: Prof: P. extraord: *Mechanicam Analyticam* diebus Lunæ, Mercurii, Jovis et Saturni hora 4 — 5. tradet, *Geometriam Analyticam* diebus Mercurii et Veneris hora 9 — 10. exponet.

8. *Fredericus Jacobus Hoffmann*, Med: Dr: Prof: P. Ord: *Mineralogiam* secundum Verneri Systema, laudatis characteribus Haüy et *Geologiam* diebus Lunæ, Mercurii et Veneris hora 8 — 10. explicabit.

9. *Felix Jarocki*, Phil: Dr: Prof: P. extraord: *Zoologiam Universalem* diebus Martis, Jovis et Saturni hora 3 — 4. tradet.

ORDO DOCTRINARUM ET ARTIUM LIBERALIUM.

I. DOCTRINARUM.

1. *Felix Bentkowski*, Phil: Dr: Prof: P. Ord: h. t. Dec. expositis Doctrinis fundamentalibus et subsidiariis Historiæ politicæ, tradet *historiam Universalem*, fusius antiquam exponens, diebus Lunæ, Martis, Jovis, Veneris et Saturni hora 3 — 4. Die Jovis vero hora 10 — 11 exercitationes historicas moderabitur.

2. *Sebastianus Ciampi*, Phil: Dr: Prof: P. Ord: in Regia Pisana Universitate Professor Literarum Græcarum et Latinarum emeritus, scientiarum et artium Universitatis et Academiae Vilnensis Sodalis honorarius, diebus Lunæ, Martis et Mercurii tradet *Historiam Literarum et Artium*, diebus Jovis et Martis *Auctores Latinos Græcosque illustrabit.* Die vero Saturni *exercitationes* instituet supra res octo dierum spatio pertractatas ab hora 9. ad horam 10. antemeridianam.

3. *A. E. Zinserling*, Prof: P. Ord: tradet *Antiquitates Romanas* die Martis et Veneris hora 10 — 11 *Grammaticam latinam et Metricen* die Lunæ et Mercurii hora 10 — 11 *Exercitationes practicas* instituet die Lunæ, Martis, Mercurii et Veneris hora 11 — 12.

4. *Aug. Jacob*, Phil: Dr: Prof: P. Ord: interpretabitur *Demosthenis orationem contra Leptinem* die Lunæ et Veneris hora 8 — 9. *Pindari aliquot epi-*

nicia explicabit hora 8 — 9. die Martis et Saturni. *Antiquitates graecas* tradet die Martis et Veneris hora 2 — 3. *Exercitationes graecae grammaticae* moderabitur die Saturni hora 10 — 12.

5. *Joach. Lelewel*, Prof: P. extraord: *Historiam politicam Specialem* Seculi XVI et XVII diebus Lunæ et Martis hora 4 — 5 tradet, *Bibliographiam* die Mercurii eadem hora explicabit.

6. *Ludov. Osiński*, Prof: P. extraord: perget in *comparandis diversarum gentium literis*, ratione habita inprimis Comœdiæ et aliorum generum poëseos: quibus expositis de *oratione soluta* sermonem habebit die Saturni hora 4 — 5. *Exercitationes* vero *practicas* cum Tironibus die Mercurii hora 4 — 5. instituet.

7. *Casim: Werbusz*, Lector Linguæ Russicæ, tradet hanc *Linguam* ejusque *historiam literar:* die Martis, Jovis et Veneris hora 12 — 1.

II. ARTIUM LIBERALIUM.

1. *Julius Colberg*, Phil: Dr: Prof: P. Ord: explicabit *usum instrumentorum geometricorum nec non Geodaesiam et nivellationem simplicem junctis exercitationibus in delineatione topographica* die Lunæ et Saturni hora 3 — 6. *Geodaesiam vero et nivellationem complicatam nec non applicationem Trigonometriae planae et sphaericae ad geodaesiam*, tradet die Veneris hora 10 — 12.

Hae praelectiones et Scholae Architectonicae semestri tantummodo hiberno instituentur a 1. *Novembris usque ad* 1 *Maii; reliquis vero mensibus juvenes ad artes practicas in dimetiendis terris, vel construendis aedificiis et viis publicis, ducibus Magistris erudientur, et in arte delineandi bis per hebdom: in auditoriis publicis instituentur.*

2. *Michaël Kado*, Phil: Dr: Prof: P. extraord: tradet *technicen Architecturae et constructionem aedificiorum* die Martis et Jovis, hora 3 — 4. *Mechanicen murorum et arcuum, nec non Eurythmiam et Symmetriam architectonicam* die Mercurii et Veneris hora 3 — 4. et die Martis hora 4 — 5. *De inventione vero et decoratione aedificiorum privatorum et publicorum* tractabit die Mercurii, Jovis et Veneris hora 4 — 5.

3. *Hilar. Szpilowski*, Prof: P. extraord: tradet *artem aedificiorum delineandorum, nec non methodum aestimandi et computandi impensas ad extruenda aedificia necessarias* die Lunæ, Mercurii, Jovis et Saturni hora 10 — 12.

4. *Anton. Blank*, Prof: P. extraord. singulis per hebdomaden diebus, tradet *Artem delineandi et pingendi* hora 8 — 10 diebus vero Martis et Veneris hora 9 — 10 *Osteologiam et Myologiam* exponet.

5. *Sigism. Vogel* Prof: P. extraord: docebit *artem delineandi secundum præcepta perspectivæ et optices*, secuturus opera Andreæ di Pozzo et Lucæ Vocha, diebus Lunæ, Jovis et Veneris hora 2 — 3.

6. *J. F. Krethlow*, Prof: P. Ord: docebit *Artem in cupro sculpendi* singulis per hebdom. diebus semestre hiberno hora 2 — 4 mensibus vero æstivis hora 4 — 6.

8. *Paulus Malinski*, Prof: P. extraord: tradet *coelandi sculpendique artem et omnem rem statuariam* diebus Lunæ, Mercurii et Veneris hora 2 — 4.

Propter commodum vero artificum die Solis hora 11 — 12 scholas publicas in eadem arte instituet.



Antonius Brodowski Prof P. E
Artem delineandi et pingendi si-
lis per hebdomaden diebus a h
12. tradet —